



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Pavlus Conf. 7. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

cula tulit. Pro salute suorum sollicitus, etiam cùm longissime abesset, adfuit tamen. Ita Imperatori quaandoque Constantino conspectus jussit sententiam revocare, quam in tergeminos Tribunos innocentes tulerat. Ita institorem in somnis monuit, frumentū, quod haberet, in urbem suam quam fames vexabat, conveheret. Aliás vocatus à navigantibus, sèpiùs opem tulisse visus est. Quid? quòd animum NICOLAI tumulus ejus est imitatus, oleum miseris propinans. Tumulatus verò memoretur circa annum CCC. XXVI. cùm moriturus Angelos obvios habuisset, etiam nobis occurfuros, si rectam viam infistamus. Ex Iustinia. & Brev. Rom.

Post memoriam Virginis singularis tam dulcis pie-
tus, vel pin dulcedo in cordibus fidelium obversatur
ut in die tribulationis nomen NICOLA teneatur in
ore, requiescat in corde. Si pulsamur incommodis,
statim S. Confessoris nomen proslit in os nostrum,
NICOLAVS ingeminatur. S. Bern. serm. de S. Nic.

S. PAULVS CONF. 7. Decembris.

PAVLVM parentes dixere, addidit deinde vir-
tus Obsequantis cognomen, quod ille nec cum
Alexandris aut Scipionibus nunc commutabit.
Quid? quòd cœnobio ipsi, quod habitabat, no-
men miraculis ingens peperit; Nam illud quan-
tum obedientiæ sive exemplum sive præmium
fuit, cùm picem in aheno bullientem à flammâ,
jam jamque exundantem nudo brachio, quoad
subsideret, impunè versavit? Quod factum cùm
alii, ut par erat, laudibus extollerent, convitiis
alii deprimarent; perstigit tamen ille in statione
sua, suopte judicio terræ purgamentum & canis

pigel-

pigellus, cælo intereà omnia alia de ipso sentiente. Cum enim socij scire percuperent, quo loco apud Superos PAVLVS esset, abruptianimo in feli-cissimos primi parentis hortos, PAVLVM illic inueniunt, qui munera (fructus miros) in singulos dis-dispertiret, simul vale omnibus diceret. Siquidem altero manè ad montem è cœnobio contendit non procul Constantinopoli situm. Ad hujus pedem cum annos aliquot habitasset, evocatus denique à DEO, velut alter Moyses, in culmen, inde facili transitu in cælum est. Ex Meneis.

Felix, quem in omni confabulatione duplex timor
sollicitat, primum quidem di vine Majestatis, in cu-
jus manus incidere prorsus horrendum; dehinc fra-
sterne infirmitatis, cui nihilominus perfacile est
offendiculum ponere. S. Bern. serm. de tripl. custod.

S. ASELLA V I R G O . 7. Decembri.

Felix ASELLA pater, cui Superi filiam, priùs quam nasceretur, lympidâ crystallo clausam spectandam obtulere, ut jam tum animi castissimi sive candorem sive splendorem miraretur! Sed felicior ipsa ASELLA, quæ in primâ ætate Agno jam nupta thalamum in parentis domo cellam angustam, lectum terram, delicias cum sale pâne & fontanam habuit. Atque ad has nuptias post annum ætatis duodecimum, ut mundum muliebrem non inconvenientem sibi pararet, torquem aureum, quem pro more familij (nobilissima erat) è collo pendulum gestabat, clam vendidit, emitque qualém à matre exorare numquam poterat, vilem & pulli coloris vestem, omnibus hac testata jam mundo se mortuam esse. Ita deinceps unius Christi amoribus vacare, hunc

Cc Lacrimis